Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

mina preparauit eum ⁊

Quis ascendet in montem dni · aut quis stabit in loco scō eius ⁊

Innocens manibus & mundo corde · qui non accepit in uano animam suam · nec iurauit in dolo ÷ proximo suo: ⁊

Hic: accipiet benedictionem a dno · & misericordiam a dō salutari suo ⁊

Hec est generatio querentium eum · querentium faciē di iacob ⁊ ōp

At tollite portas principes uestras · & eleuamini portę eternales · & introibit rex gloriae ⁊

Quis est iste rex glorię · dns fortis & potens · dns

Vox prophetae interrogantis · quis ascendit montem · id est iustitiam · uel caelestem hierusalem · quoniam peccatis obuiantibus impedimur · ⁊ Aut quis stabit · id est qui perseuerauerit in iustitia ⁊

Ergo accipit benedictionem · non ab alio · sed a dno qui se custodierit ab istis supra dictis maculis ⁊ Salutaris ergo noster xps est · a quo & beatitudo tribuitur · et peccata laxantur ⁊

Precipit enim prophetae portas mortis auferre · id est cupiditatem & malitiam · quae principe diabolo positae erant · quae ideo portae appellatę sunt · quia per eas transeant peccatores · sua facta portantes ⁊ et iterum eleuare portas · id est fidem et caritatem · quae aeternales dictę · quia per eas xps introiuit in ecclesiam ⁊

Innocens manibus est · cuius operatio neminem ledit · sed iuuare contendit ⁊ Mundo corde · sēs incogitatione ⁊ Ille non accepit in uanum animam suam · qui opera bona agit ⁊ Per dolum iniq· iurat · quis quis aliter facturus est quam promittit ⁊

Generatio haec est populus xpianorū · iacens in tenebris quaerens dnm ⁊ Requirens faciem di per fidem & operationem · illius q· inluminationem · id est xpi qui posterius noto primatum dedit honoris ⁊

Vox demonum · ac si dicerent · nostrum regem habemus diabolum · iste rex quis est ? Vox ne rum angelorum bonorum · fortis est quia alligauit Zabulum · potens cum uicit